

TITUBANTI TESTI 2 – Binomio di lettura
16/11 – Gellio, *Noctes Atticae* 5.21

Gellius, *Noctes Atticae*, 5.21 (ed. P.K. Marshall, OCT)

‘Pluria’ qui dicat et ‘compluria’ et ‘compluriens’, non barbaramente dicere, sed Latine.

¹ ‘Pluria’ forte quis dixit sermocinans uir adprime doctus, meus amicus, non hercle studio <se> ferens ostentandi neque quo ‘plura’ non dicendum putaret. ² Est enim doctrina homo seria et ad uitae officia deuincta ac nihil de uerbis laborante. ³ Sed, opinor, assidua ueterum scriptorum tractatione inoleuerat linguae illius uox, quam in libris saepe offenderat.

⁴ Aderat, cum ille hoc dicit, reprehensor audaculus uerborum, qui per pauca eademque a uolgo protrita legerat habebatque nonnullas disciplinae grammaticae inauditunculas partim rudes inchoatasque partim non probas easque quasi puluerem ob oculos, cum adortus quemque fuerat, adspergebat. ⁵ Sicut tunc amico nostro: ‘barbare’ inquit ‘dixisti “pluria”’; nam neque rationem uerbum hoc neque auctoritates habet.’ ⁶ Ibi ille amicus ridens: ‘amabo te,’ inquit ‘uir bone, quia nunc mihi a magis seriis rebus otium est, uelim doceas nos, cur “pluria” siue “compluria” – nihil enim differt – non Latine, sed barbaramente dixerint M. Cato, Q. Claudius, Valerius Antias, L. Aelius, P. Nigidius, M. Varro, quos subscriptores approbatoresque huius uerbi habemus praeter poetarum oratorumque ueterum multam copiam.’ ⁷ Atque ille nimis arroganter: ‘tibi’ inquit ‘habeas auctoritates istas ex Faunorum et Aboriginum saeculo repetitas atque huic rationi respondeas.’ ⁸ Nullum

Gellio, *Le notti attiche*, 5.21 (trad. L. Rusca, BUR)

Se il dire ‘pluria’, ‘compluria’ e ‘compluriens’ è parlar latino corretto o scorretto.

¹ Un uomo assai colto e amico mio usò durante una conversazione il vocabolo *pluria*, e non per fare sfoggio di erudizione, o perché riteneva che non si potesse usare *plura*: ² è infatti persona di seria preparazione, che si occupa dei doveri della vita e non usa ricercatezze nell’impiego delle parole. ³ Ma, ritengo, la lettura assidua dei vecchi autori gli aveva fatto contrarre l’abitudine di usare un vocabolo che aveva trovato sovente in quei libri.

⁴ Era presente, quando costui s’era espresso in tal modo, un criticonzolo del linguaggio, che aveva letto assai poco e sempre cose comuni, aveva qualche briciola di conoscenze grammaticali, in parte maldigerite e confuse, in parte errate, e che soleua, quando attaccava qualcuno, gettare qual polvere negli occhi.

⁵ Rivolgendosi all’amico mio: «In modo scorretto» disse «hai usato il vocabolo *pluria*, giacché esso non ha giustificazione né autorità alcuna». ⁶ E l’amico gli rispose sorridendo: «Mio caro, poiché io non debbo ora occuparmi di questioni più serie, ti prego di spiegarmi perché *pluria* e *compluria*, che da quello non differisce, abbiano usato in modo scorretto e non proprio della lingua latina Marco Catone, Quinto Claudio, Valerio Anziate, Lucio Elio, Publio Nigidio, Marco Varrone, i quali tutti hanno usato o approvato l’uso di tale vocabolo, senza parlare di una folla di antichi poeti e oratori». ⁷ Quello con fare arrogante rispose: «Tu ritieni delle autorità costoro, che appartengono all’epoca dei fauni e degli aborigeni, ma io ti domando di rispondere a questo: ⁸ nessun vocabolo neutro

enim uocabulum neutrum comparatiuum numero pluratiuo recto casu ante extremum “a” habet “i” litteram, sicuti “meliora, maiora, grauiora.” Proinde igitur “plura”, non “pluria” dici conuenit, ne contra formam perpetuam in comparatiuo “i” littera sit ante extremum “a”.’

⁹ Tum ille amicus noster, cum hominem confidentem pluribus uerbis non dignum existimaret: ‘Sinni’ inquit ‘Capitonis, doctissimi ueri, epistulae sunt uno in libro multae positae, opinor, in templo Pacis. ¹⁰ Prima epistula scripta est ad Pacuuium Labeonem, cui titulus praescriptus est *pluria, non plura dici debere*. ¹¹ In ea epistula rationes grammaticas posuit, per quas docet “pluria” Latinum esse, “plura” barbarum.

¹² Ad Capitonem igitur te dimittimus. ¹³ Ex eo id quoque simul disces, si modo assequi poteris, quod in ea epistula scriptum est, “pluria” siue “plura” absolutum esse et simplex, non, ut tibi uidetur, comparatiuum.’

¹⁴ Huius opinionis Sinnianae id quoque adiumentum est, quod, ‘complures’ cum dicimus, non comparatiue dicimus. ¹⁵ Ab eo autem, quod est ‘compluria’, aduerbium est factum ‘compluriens’. ¹⁶ Id quoniam minus usitatum est, uersum Plauti subscripsi ex comoedia, quae *Persa* inscribitur:

quid metuis? – metuo hercle uero; sensi ego compluriens.

¹⁷ Item M. Cato in IV. *originum* eodem in loco ter hoc uerbum posuit: ‘Compluriens eorum milites mercennarii inter se multi alteri alteros in castris occidere, compluriens multi simul ad hostis transfugere, compluriens in imperatorem impetum facere.’

comparativo dei casi retti ha al plurale la ‘i’ prima della finale ‘a’, come *meliora, grauiora, maiora*. Pertanto si deve dire *plura* e non *pluria*, giacché non si può mettere una ‘i’ prima della ‘a’ senza andar contro a una regola che non ha eccezioni».

⁹ Allora l’amico mio, non ritenendo quel presuntuoso degno di un più lungo discorso, si limitò a dire: «Di Sinnio Capitone, uomo coltissimo, sono raccolte in un solo volume, conservato mi pare nel tempo della Pace, numerose lettere. ¹⁰ La prima lettera, indirizzata a Pacuuius Labeone, porta per titolo: *Si deve dire “pluria” e non “plura”*. ¹¹ In tale lettera egli dà la giustificazione grammaticale secondo la quale *plura* è espressione latina e *pluria* è barbara.

¹² Ti rimando dunque a Capitone. ¹³ Da lui potrai al tempo stesso imparare, se sarai capace di comprendere ciò che sta scritto in quella lettera, che *pluria* o *plura* sono forme positive e semplici e non, come tu pretendi, comparative».

¹⁴ Di questa opinione di Sinnio una conferma può essere trovata nel fatto che quando diciamo *complures* non intendiamo usare un comparativo. ¹⁵ Da questo vocabolo è derivato l’avverbio *compluriens*. ¹⁶ Benché non sia di uso comune, l’ho trovato scritto nella commedia di Plauto *Il persiano*:

«Che temi? – Ho paura, perdio, davvero;
già più volte (*compluriens*) in pericolo son stato».

¹⁷ Parimenti Catone nel IV libro delle *Origini* ha usato quel vocabolo tre volte nella stessa frase: «*Compluriens* (più volte) i loro soldati mercenari si azzuffarono in gran numero nell’accampamento, più volte molti disertarono, e più volte si rivoltarono contro il proprio generale».